tissimum hujus loci sententia solemnitati corporis Christi, in qua frequentissimi procedunt, & complentur plateæ templaque frondibus, ramis floribus utque ad ipsa altaria quibus adoranda exponitur Eucharistia, in qua victima juxta translationem aliam, ligata est *funiculis Adam, & dilectionis a*, idest, sub speciebus continetur, nimirum Christus, quem posset etiam denotare in translatione Chaldæa *puer*, aut *junior* ligatus propter vim summi amoris: & communicans maximum robur Ecclesiæ suæ, tamquam cornui altaris adhærens, atque omnium bonorum copiam, velut ex cornucopia, & largiens eximiam dignitatem, honoremque, cujus cornu symbolum est, sicut aliarum duarum rerum. In vetere Testamento majus erat altare, quam donum, quod ab eo sanctificabatur *b*: in nostro secus contingit, quia multo præstantior est hostia, quæ altare ipsum sanctificat & alios repler sanctitate.

a Osea 11. 4

Cornu symbolum honoris, & dignitatis.

In vetere Testamento hostiam altare in novo vero hostia altare sanctificat.

b Matt. 23. 19

Usque ad cornu altaris.) Hier. *cornua*, ex Hebræo numero pluralis ejusdem, קרנות *Karnoth*: in quo etiam numero, est Græcum κεραάτων. Altaris quatuor cornua apud Hebræos in quatuor angulis: c Levi. 4. 7. 9. 3. Regul. 51 Apocal. 9. 13 d 3. in Levi. tom. 2. in Exer. p. 2. l. 4 c. 48. 49. 77 f cap. 3. 14 g cap. 48. 20 h cap 9. 11.

Altaris quatuor cornua apud Hebræos in quatuor angulis.

Caussa cur veteres architecti ædium sacrarum frontes taurorum craniis ornarent; & in aris leoninos ungues effingerent.

Tant altaris apud Hebræos cornua quatuor per quatuor angulos, ut colliguntur ex utroque Testamento *e*, quæ sanguine victimæ illinebantur, & designabant, Auctore Cyrillo Alexandrino *d*, vel potius Hesychio, quatuor Evangeliis velatam Christi passionem. Existimat noster Villalpandus *e* quatuor taurorum cornua è quatuor angulis altaris Salomonici sursum erecta fuisse, altitudine cubiti unius, quasi à taurino capite nascentia: id velle Amos *f*, *Amputabuntur cornua altaris*, (in Bethel, quod Salomonici altaris æmulabatur formam) *& cadent in terram*; quia videlicet non erant anguli de corpore ipsius altaris, sed aliquid supereminens: præterea, quoniam Ezechiel *g* distinguit cornua quatuor ab angulis totidem. Idem lequitur ex verbis Judith *h* Deo loquentis de hostibus, qui promittebant *se dejicere gladio cornu altaris ejus*. Ait etiam, quod referebat leonem pedibus, vitulum cornibus, ut imaginem Cherubim ex parte præ se ferret: vel viculorum cornua gestasse quasi trophæa factæ prædæ, eo quod in festis solemnioribus tauri, & juvenci Deo mactari consueverant, & arieti, [quo nomine *altare* appellatur, & leonem Dei significat] seu leoni sacro projici devorandi: inde veteres architectos accepisse, ut frontes ædium sacrarum craniis taurorum exornarent, quasi sacrificium trophæis, & insignibus, item ut in aris pedes, ac ungens leoninos effingerent. Genebrardus quoque hoc loco sentit cornua non fuisse proprie angulos, sed quædam capitella in modum cornuum in altum porrecta in ipsius altaris angulis, ex ipsiusmet altaris materie projecta sive ad decorum, sive ad mysterium: Sacerdotem enim precantem illis innixum esse, vel manus super illa extendisse, aliquando sanguine victimarum inunxisse, atque purificasse. In Exodo præscribitur constructio altaris thymiamatis, cum cornibus ex ipso procedentibus. De altari holocausti videtur hoc loco agi. Colligere autem nonnullos hinc, ait idem Genebrardus, à Sacerdote ipso victimam ad trium adductam primum alligatam, deinde solutam in atrii certa parte mactatam. De mystica cornuum significatione dictum alibi, ac paullo ante satis.

i cap. 30. 2

Vers. 28.] Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.

Sensus loci.

VIdentur invitari ad festi celebritatem, postquam advenerunt, sic respondere quilibet pro seipso, summa cum alacritate, atque laudandi Deum voluntate. Vel ipsemet David gratias maximas agens Deo, quod in se de hostibus liberando, eosdemque ulciscendo, prout precatus fuerat, singularem benignitatem, atque potentiam ostenderit. Chrysostomus, Euthymius, Basilii nomen gerens, omittendo posteriorem partem versus, cum multis aliis, de quibus postea, docent in Priore ostendi, Deo gratias agendas, propter seipsum, etiamsi nullum conferret beneficium. Videtur difficile quo pacto gratiæ sic agi possint. Et tamen canimus, gratias nos agere Deo propter magnam gloriam ipsius. Diceret quis hoc ipsum magni beneficii loco habendum, quod gloriam suam dignetur Deus nobis innotescere. Thomæ Apostolo Rickelius applicat istam sententiam, confiteri post resurrectionem Christi, *Dominum illum suum, & Deum suum* k. Idem Chrysostomus *l* alibi considerat excellentiam amoris, & eminentiam gratitudinis, ut suum David agnoscat, & pronuntiet Deum, qui omnium est, quemadmodum Paulus *m* dicebat, *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*. Prophetis mos est, subdit ille, facere, & dicere, *Deus, Deus meus*, quamvis totius Orbis sit Dominus: sed peculiare hoc est amori, ut ex communibus propria faciat. Ait præterea, quod sic loquens amorem suum solatur, sciens parem se gratiarum actionem exhibere non posse, tam divitem erga nos charitatem declaranti, etiam animam ipsam impendat pro suis legibus. Notavimus & nos hoc alias.

k Joa. 20. 28

l hom. 34. in 2. ad Cor.

m Gal. 2. 20

Amor ex communibus propria facit.

Deus meus es tu, & confitebor tibi.] Additum est verbum substantivum, quod non habet Hebræus textus, ut nec in sequenti membro: ubi etiam Hieronymus non ponit: sed tum in isto. Includit *Deus meus es tu*, quidquid quis in Deo contemplari potest, ac ad se ipsum referre, non solum creationem in prima voce, redemptionem in secunda, exclusionem numinis externi, in sequentibus duabus, ut notavit Hugo. Nec propriè *confiteri Domino* pertinet ad confessionem peccatorum, quemadmodum Arnobio videtur, qui etiam post gemitum talis confessionis, indicari vult membro sequenti exultationem de indulgentia: quasi legerit *exultabo*, non *exaltabo*. Confessio laudis, & gratiarum actionis hic est in psalmo toto, ut non semel monui. Sed qui dicitur Hieron. hanc acceptionem recipiens, docet pro remissione peccatorum offerri hujusmodi confessionem laudum divinarum.

Deus meus es tu, & exaltabo te.) Modo dixi legi debere *exaltabo*, non *exultabo*: est enim ארוממך *aromemecha*. & υψωσω: Hieron. quoque non repetere verbum substantivum: ut nec apponit conjunctionem, quæ Hebraicè non est, saltem in editione Bibliorum regiorum: exprimunt enim Trevetus, Faber, Victorius. Quo pacto exaltari Deus possit à nobis, tæpè dictum est. Hugo significari vult portandum Deum in corpore nostro, & superponendum omnibus terrenis in corde nostro.

Confitebor tibi, quoniam, &c.) Continentur hæc omnia in versu 21. Hebraicè autem desunt, & Chaldaicè: nec videntur legi ab Enarratoribus Græcis, quos antea nominavi, Chrysostomo, Basilio putato, Euthymio: præterea nec ab Eusebio, atque Theodoreto. Non etiam ponuntur à LXX. in hexaplis, neque in tetraseleido, ut refert scholion Græcum, aut apud alium ex Interpretibus Græcis. Nihilominus Sixtina editio Græca LXX. retinet, & Apollinarius exprimit sic, quemadmodum & prius,

ἀφθιτε κυδαίνω σε, ἰμῆς ὅτι σαυδῶ φωνὴν
ἡ μοι ἀλεξίκακον κατεφαίνω φέγγος ἐτοῖμον
Incorrupte gloriico te, meam quia audisti vocem;
Et mihi salvare exhibuisti lumen paratum,

Prius erat πρόδαιμο: hic κατεφαίνω. Non est audiendus Nebiensis, jubens obelo confodi. Plus auctoritatis habet approbatio Ecclesiæ, quam textus Hebræus, & Chaldæus & non insolens LXX. interpretibus aliquid addere, vel repetere: fatetur etiam extare in editione Arabica.

Vers. 29.] Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

TErminatur eodem versu psalmus, quo inchoatus est atque per eum alios Propheta iavitat, nec contentus à se uno sacrificium laudis offerri. Ostendit quidquid agat vir justus, à Dei debere laude incipere, ac in eadem desinere: præterea, si de confessione peccatorum interpretemur cum Hugone, se & in principio bonæ vitæ, & in fine confiteri peccatorum, *servumque inutilem n*. Arnobius ait quasi hortationem esse ad sodales, ut sicut ipsi indultum est confitenti, & illis confitentibus dimittatur. Ex scholio Græco refert collector notationum ad biblia Græca Sixtina neque in tetraseleido, neque in libro Eusebii, neque apud ullum Interpretum istum cum priore positum versum: item ex alio, quod sit in Hebræo, & magnam vim habeat, ut Patres ostendunt.

Sensus loci.

n Luc. 17. 10

PSAL-

PSALMUS
CENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS.

Alleluja.

ALEPH.

1. BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.
2. Beati, qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.
3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.
4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.
5. Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas.
6. Tunc non confundar, quum respexero in omnibus mandatis tuis.
7. Confitebor tibi in directione cordis in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.
8. Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque.

BETH.

9. In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.
10. In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me à mandatis tuis.
11. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.
12. Benedictus es Domine, doce me justificationes tuas.
13. In labiis meis, pronuntiavi omnia judicia oris tui.
14. In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis.
15. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.
16. In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos.

GIMEL.

17. Retribue servo tuo, vivifica me, & custodiam sermones tuos.
18. Revela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.
19. Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua.
20. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, in omni tempore.
21. Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.
22. Aufer à me opprobrium, & contemtum: quia testimonia tua exquisivi.
23. Etenim sederunt Principes, & adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.
24. Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum justificationes tuæ.

DALETH.

25. Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundùm verbum tuum.
26. Vias meas enuntiavi, & exaudisti me, doce me justificationes tuas.
27. Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.
28. Dormitavit anima mea præ tædio confirma me in verbis tuis.
29. Viam iniquitatis amove à me, & de lege tua miserere mei.
30. Viam veritatis elegi, judicia tua non sum oblitus.
31. Adhæsi testimoniis tuis Domine, noli me confundere.
32. Viam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum.

HE.

33. Legem pone mihi Domine viam justificationum tuarum: & exquiram eam semper.
34. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
35. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.
36. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avariciam.
37. Averte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua vivifica me.
38. Statue servo suo eloquium tuum, in timore tuo.
39. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda.
40. Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me.

VAU.

41. Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundùm eloquium tuum.
42. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.
43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque: quia in judiciis tuis supersperavi.
44. Et custodiam legem tuam semper: in sæculum, & in sæculum sæculi.
45. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi.
46. Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum: & non confundebar.
47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.
48. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in justificationibus tuis.

ZAIN.

49. Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.
50. Hæc me consolata est in humanitate mea quia eloquium tuum vivificavit me.
51. Superbi iniquè agebant usquequaque: à lege autem tua non declinavi.
52. Memor fui judiciorum tuorum à sæculo Domine: & consolatus sum.
53. Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
54. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.
55. Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodivi legem tuam.
56. Hæc facta est mihi: quia justificationes tuas exquisivi.

HETH.

57. Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.
58. Deprecatus sum faciem tuam: in toto corde meo: miserere mei secundùm eloquium tuum.
59. Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua.

60. Pa-

60. Paratus sum, & non sum turbatus: ut cu- A
stodiam mandata tua.
61. Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
62. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justificationis tuæ.
63. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.
64. Misericordia tua Domine plena est terra: justificationes tuas doce me.

TETH.

65. Bonitatem fecisti cum servo tuo Domine, secundùm verbum tuum.
66. Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.
67. Priusquam humiliarer ergo deliqui: propterea eloquium tuum custodivi. B
68. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me justificationes tuas.
69. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
70. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.
71. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.
72. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti.

JOD.

73. Manus tuæ fecerunt me, & psalmaverunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.
74. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur, quia in verba tua supersperavi. C
75. Cognovi Domine quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me.
76. Fiat misericordia tua ut consoletur me, secundùm eloquium tuum servo tuo.
77. Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam, quia lex tua meditatio mea est:
78. Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me; ego autem exercebor in mandatis tuis.
79. Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt testimonia tua.
80. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

CAPH.

81. Defecit in salutare tuum anima mea: & D
in verbum tuum supersperavi.
82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me?
83. Quia factus sum sicut uter in pruina; justificationes tuas non sum oblitus.
84. Quot sunt dies servi tui; quando facies de persequentibus me judicium.
85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.
86. Omnia mandata tua veritas, iniquè persequuti sunt me, adjuva me.
87. Paullominus consummaverunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.
88. Secundùm misericordiam tuam vivifica me, & custodiam testimonia oris tui.

LAMED.

89. In æternum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.
90. In generationem & generationem veritas tua, fundasti terram, & permanet.
91. Ordinatione tua perseverat diès; quoniam omnia serviunt tibi.
92. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc fortè periissem in humilitate mea.
93. In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.
94. Tuus sum ego, salvum me fac, quoniam justificationes tuas exquisivi.
95. Me expectaverunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi.
96. Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.

MEM.

97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est.
98. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.
99. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.
100. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.
101. Ab omnia via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.
102. A judiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.
103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo!
104. A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis.

NUN.

105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & & lumen semitis meis.
106. Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ.
107. Humiliatus sum usquequaque Domine: vivifica me secundùm verbum tuum.
108. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & judicia tua doce me.
109. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.
110. Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erravi.
111. Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.
112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.

SAMECH.

113. Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.
114. Adjutor, & susceptor meus es tu, & in verbum tuum supersperavi.
115. Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.
116. Suscipe me secundùm eloquium tuum & vivam: & non confundas me ab expectatione mea.
117. Adjuva me, & salvus ero: & meditabor in justificationibus tuis semper.
118. Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis: quia injusta cogitatio eorum.
119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.
120. Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui.

AIN.

121. Feci judicium & justitiam, non tradas me calumniantibus.

122. Suscipe servum tuum in bonum, non ca- A
lumnientur me superbi.
123. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium justitiæ tuæ.
124. Fac cum servo tuo secundùm misericordiam tuam, & justificationes tuas doce me.
125. Servus tuus sum ego, da mihi intellectum ut sciam testimonia tua.
126. Tempus faciendi Domine, dissipaverunt legem tuam.
127. Ideo dilexi mandata tua, super aurum, & topazion.
128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.

PHE.

129. Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.
130. Declaratio sermonum tuorum illuminat; & intellectum dat parvulis.
131. Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.
132. Aspice in me, & miserere mei, secundùm judicium diligentium nomen tuum.
133. Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis injustitia.
134. Redime me à calumniis hominum: ut custodiam mandata tua.
135. Faciem tuam illumina super servum tuum: & doce me justificationes tuas.
136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

SADE.

137. Justus es Domine, & rectum judicium tuum.
138. Mandasti justitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.
139. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.
140. Ignitum eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilexit illud.
141. Adolescentulus sum ego, & contemtus; justificationes tuas non sum oblitus.
142. Justitia tua, justitia in æternum, & lex tua veritas.
143. Tribulatio & angustia invenerunt me; mandata tua meditatio mea est.
144. Æquitas testimonia tua in æternum, intellectum da mihi, & vivam.

COPH.

145. Clamavi in toto corde meo, exaudi me D
Domine, justificationes tuas requiram.
146. Clamavi ad te, salvum me fac, ut custodiam mandata tua.
147. Præveni in maturitate, & clamavi: quia in verba tua supersperavi.
148. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.
149. Vocem meam audi secundùm misericordiam tuam Domine, & secundùm judicium tuum vivifica me.
150. Appropinquaverunt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longè facti sunt.
151. Propè es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.
152. Initio cognovi de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

RES.

153. Vide humilitatem meam, & eripe me quia legem tuam non sum oblitus.
154. Judica judicium meum, & redime me, propter eloquium tuum vivifica me.
155. Longè à peccatoribus salus: quia justificationes tuas non exquisierunt.
156. Misericordiæ tuæ multæ Domine, secundùm judicium tuum vivifica me.
157. Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimoniis tuis non declinavi.
158. Vidi prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.
159. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine, in misericordia tua vivifica me.
160. Principium verborum tuorum, veritas, in æternum omnia judicia justitiæ tuæ. B

SIN.

161. Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidavit cor meum.
162. Lætabor ego super eloquia tua, sicut quia invenit spolia multa.
163. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.
164. Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ.
165. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.
166. Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.
167. Custodivit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer.
168. Servavi mandata tua, & testimonia; quia C
omnes viæ meæ in conspectu tuo.

TAU.

169. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine juxta eloquium tuum da mihi intellectum.
170. Intret postulatio mea in conspectu tuo secundùm eloquium tuum eripe me.
171. Eructabunt labia mea hymnum, quum docueris me justificationes tuas.
172. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas.
173. Fiat manus tua ut salvet me, quoniam mandata tua elegi.
174. Concupivi salutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea est.
175. Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.
176. Erravi, sicut ovis, quæ periit, quære D
servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Titulus, & Argumentum.

Alleluja.

Titulus.

NOtus titulus, quo tot jam alii psalmi notati sunt. Nec spectat ad finem prioris psalmi, tametsi collocetur in eo apud nonnullos codices, & Enarratores. Areopagita a scribit, qui hoc titulo insigniuntur psalmi, in his illa tradi, quæ sancti viri loquuntur, & agunt: Dominum enim laudare, qui quæ sanctos viros dicere, ac facere oportet, propter illum tum dicunt, tum faciunt.

a Eccl. hier.

Argumentum

Argumentum versatur in Dei lege commendanda, quã nominibus multis & diversis, præter nomen legis, nempe viæ, judicii, justitiæ, justificationis, æquitatis, mandati,

dati, testimonii, verbi, eloquii, sermonis, veritatis, ordinationis, in unoquoque versu ex 176, excepto 122, describit Propheta; quamvis non ita semper exactè legem ipsam significent, ut in 49.84.121. 132. Idem vero declarat suum erga eamdem legem vehemens studium, ut intelligere valeat, & exequi; seipsum excitans expositione variorum commodorum: significat etiam, quam exercetur illos, qui ab hoc studio revocent, vel inferendo injurias, vel aliis modis: tandem & pro se, & contra illos implorat auxilium divinum. Magna traduntur, à multis psalmi hujus encomia. & multa. Paucis contentus ero. Hilarius in eo contineri dicit omnia videnda, credendi, & placendi Deo præcepta, Ambrosius scribit, quantum excellat in David ethica, psalmi hujus declarari gratia quem psalmum, cum ille plerisq; locis aliorum psalmorum tamquam stellarum lumina, quę lucent, atq; emicant in Orbe, diffuderit, velut plenl luminis Solem meridiano ferventem calore in perfecta libri constituerit ætate, ut neq; matutini ortus semiplena exordia, neq; vespertini occasus quidam senilis defectus claritatis aliquid perfecto splendori deceperent. Ab eodem Ambrosio Durandus *a* testatur appellatum hunc psalmum paradisum pomorum, & apothecam Spiritus sancti; aitquideo ruminari ab Ecclesia per horas veluti species aromaticas paradisi, ut sit species aromatica Deo, & mundo. August. ait, quanto videtur aptior, tanto sibi profundiorem videri solere, ita ut etiam quam sit profundus, demonstrare non possit. Cassiod, imitatus August proluxitate magnum vocat, admiratione profunditatis Oceanum, excellentium rerum amœnitate paradisum: sententias ejus quasi in cęlo altissimo collocatas: & velut mare amplissimum piscibus plenum, Bonaventura *b* refert, quod August. semel vidit unam arborem pulcherrimam, habentem viginti duos ramos: & quilibet, inquit, habebat octo ramusculos: & de illis guttulæ dulcissimæ rorabant. Et intellexit, quod illa arbor esset psalmus *Beati immaculati in via*. Nam psalmus hic viginti duas alphabeti litteras Hebræas habet: & sub unaquaque octo versus ut verbis claros, ita sententiis obscuros. Quapropter post ceteros expositos fuit ab Augustino contra Pelagianistas. Amarius *c* asserit esse psalmum plenum moribus. Radulphus Tungrensis *d*, disputans de laudibus psalmorum, hortatur hunc frequentari ab eo, qui in divinis laudibus, & mandatis cęlestibus exerceri cupit; additque licet quis usque in finem vitæ hujus hymni virtutem serutetur, intelligere perfectè non posse.

Psal. hujus encomia.

a Serm. de ruminatio.

b Serm. 7. de ruminatio.

c Tit. 4. de Eccles. off.

d de canon. obser. prop. 9.

Ex Græcis, præter jam citatum Dionysium, Chrysost. psalmi solitum die Dominica ex veteri traditione testatus, ait esse ingentem thesaurum, spirituales divitias, suavissimam animarum utilitatem, tùm ad divinæ laudis & gloriæ præcidentem, tùm ad vitæ nostræ securitatem ac vitæ præscriptionem: præterea vitę rudimentum, tamquam itineris præmonstrationem: postremo valere dicit ad perficiendos eos, qui numeris omnibus absolutæ virtutis desiderio tenentur, & ad eos, qui in otio, atq; ignavia vivunt, ad studium, ac diligentiam excitandos, & ad mœstorum animos recreandos, & ad iocordes moderandos, ac denique ad omne genus medicamenti variis hominum morbis adhibendum. Hæc eadem perstrinxit is, quem appellant Basilium, qui nihil nisi compendio refert fusius à Chrysostomo dicta, ut & commentarius Theodoreti. Athanasius *e* connumerat his psalmis, qui de scribitur *in aperiam [illegible], vitam studiosam*, & beatitudinem prædicant, & *Alleluja* præfixum habent. Plura alii, præsertim Lindanus tùm in Isagoge, tùm in oratione parasceuetica ad hunc psalmum, in quibus demonstrat hic tradi remedia contra superbiam, avaritiam, voluptatem carnalem, vanum timorem, & ad comparandas virtutes, & ad vitæ genus utrumq; activæ, & contemplativæ, & ad perficiendum intellectum, memoriam, voluntatem, animam etiam totam deificandam. Legenda etiam præfatio Alphonsi Avendani, Burgensis, Valentiæ. De methodo metrica, & alphabetaria istius psalmi iidem & alii disserunt. De prima sufficerint dicta in præfatione fide secunda, quæ diximus in aliis psalmis, qui eadem constant. Hoc plus ceteris habet iste, quod juxta numerum litterarum, octones versus sub qualibet continet, quemadmodum Threnorum quartum caput ternos; unde omnino 176. versus existunt, qui quum mendo numerantur 178. apud Hilarium, August. in fine psalmi excusat se, quod nihil hoc de alphabeto dixerit, quia nihil, quod ad istud proriè pertineret, invenisset: nec hic solus psalmus litteras

e ad Marcell.

1 cap. 5.

Hic psalmi octones versus sub qualibet littera continet.

A has habet. Ambros. post Hilarium, rationem reddit alphabeti, & octonarii numeri, ut tamquam pueri hujusmodi elementis usum discamus vivendi: & unitatem doceamur, atq; purgationem legitimæ sanctificationis, quia octava die solemnis purgatio ex lege erat, nempè per circumcisionem, & octava dies resurrectionem designat: atque beatitudinem. Hier. * Algasiæ scribit, quod hic psalmus, ut & omnes alii, qui litteris prænotantur, per ethica nos ducunt ad Theologica, & ab elementis occidentis litteræ, quæ destruitur, transire faciunt ad spiritum vivificantem. Videntur præterea viginti octonari, quot sunt alphabeti litteræ, ac libri veteris Testamenti, vetus designate Testamentum: novum autem octonarius, ob modo dictam causam, & octo Evangelicas beatitudines, quum etiam psalmus hic à beatitudine inchoetur. Burgensis attendit in octonarios quatuor populi partium choros, duos domus Israel, domus Aaron, domus Levi, timentium Deum. Valentia septem mundi ætates, per quas tenditur ad octavam in cœlo. Jacobus Faber & August. Nebiensis primum octonarium expresserunt Latino carmine per primam alphabeti Latini litteram. Arias omnes octonarios per litteras respondentes alphabeto Hebræo, licet non adeo exactè id præstare quiverit, juxta proprium tonum earum, & singulis versibus binos assignet. Jacobus Furnius Genensis J. C. Græcis, Latinisq; hexametris accuratè reddere conatus est hunc psalmum, ut qui octonarius ab א *aleph* incipit, singulis versibus, idem ab ז *alph* Græcè, & ab *a*, Latinè inchoaretur, sicque de ceteris litteris. In quibusdam Bibliis Græcis, ut in editis Basileæ, atque in commentario Chrysostomi & Basilii reperio ante versum 73.94. 132. præfigi nomen ταϊζ, cum nota numeri α, β, γ, statio prima, secunda, tertia. Bonaventura in magis suso istius psalmi commentario, distinguit illum in undecim capitula, scilicet eo modo, quo distinguitur in horis canonicis, binos assignando Primæ, tres reliquis ternos. Ait autem in primo beatitudinem præmitti: in secundo retributionem submitti: in tertio legem committi: in quarto spem immitti: in quinto bonitatem transmitti: in Sexto defectum dimitti: in septimo dilectionem intromitti: in octavo iniquitatem intermitti: in nono judicium promitti: in decimo pietatem admitti: in undecimo impietatem emitti. Cassiod. attendit in litteris alphabeti quiddam simile gruibus quæ litteris Græcis volatus suos depingunt, in numero autem, quod centum annis arcam fabricavit Noeg, & quod *i jota*, & *u vita*: designant apud Græcos octodecim: sunt vero primæ litteræ nominis *Jesu* Græcè scripti, nimirum *ιησοῦ*. Sic iste numerus, inquit, & coronæ præmium, & sancti nominis decus in se continere monstratur. Tradunt Hebræi, ut Alphonsus Avendanus notavit, in usu fuisse à tempore Davidis, ut quum filii Israel variis ex locis ter in anno in templum convenirent, istum in via psalmum recitarent, & ad itineris labores, modesti isve levandas, & ad animum in pietate continendum: ubi autem ad templi gradus pervenissent, in singulis numero quindecim, singulos ex iis pronuntiarent qui graduum psalmi cognominantur. Pineda *h* noster ex eorumdem Hebræorum traditione refert, decantatum Distum psalmum à civitate David in templum usq; per Sacerdotes arcam deferentes, qui, ut est in primis verbis, immaculatè, ac sanctè deferrent arcam, legemq; ea inclulam, simul gestantes illam corde, & opere, cujus præconia continebant. Villalpandus *i* item noster idem affirmat, & immaculatos Sacerdotes jam ingressos atrium templi, jam jamq; intraturos domum Dei, ceciniisse versus ultimæ litteræ *Πταυ, Approinquet deprecatio mea, &c. Intret postulatio mea*: qui cecinerant de seipsis primum versum, *Beati immaculati in via*, nempe quum in via progrederentur portantes arcam, in qua lex erat, quæ hoc psalmo laudatur. Quæ movere caussa Ecclesiam potuit, hunc psalmum usurpandi quotidie ad horas, Primã, Tertiam, Sextam, Nonam, tamquam viaticum quodam peregrinationis, per actus, motuq; humanos, per legem, per gratiam, ut Cajet. notavit ad beatitudinis usu: consecutionem. Videtur tamen Anastasius, quem versu citat primo Agellius existimate pertinere psalmum istum ad Judæos, qui de Chaldæorum servitute redierant. Unde idem Avendanus acceperit nescio, sub similitudine arboris, quæ in medio paradisi erat, August. hunc psalmum revelatum fuisse. Nec video cur Bartholomæus Camerarius, adversum quartum undecimi octonarii asserat hunc Davidis psalmorum postremum esse, quum ex communi sententia sit septuagesimus primus, ut ultima ejusdem verba indicant: &

Reddit ratio alphabeti, & octonarii numeri.

* ep. 1. 31. q. 10

Caussa usurpandi hunc psalmum ad horas.

cant: & nos ibi docuimus: tametsi concedi possit, hunc in se psalmos alios omnes comprehendere: & idcircò, ut rectè intelligatur, quæ sunt in aliis, consideranda esse, quemadmodum Auctor idem monet,

ALEPH.

Vers. 1.] Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

Sensus Jocis.

NOn potuit aptius laus legis inchoari, ejusq; præstantia melius suaderi, quam scopum, ac finem illius, qui est primum principium in scientia morali, & in intentione primus occurrit, proponendo sciliget beatitudinem. Beatos pronuntiat, & quoad hic vivunt, propter animi tranquillitatem, & gaudium ex spe bonorum æternorum, & perfectè post hanc temporalem vitam, illos, qui per istius vitæ sordidam viam sine sordibus esse studuerint, ac saltem graviores maculas vitaverint, incedendo B nimirum per Dei legem, quæ immaculata est, munda, sancta, recta, quodlibet peccatum prohibens, perdugens ad beatam patriam, contraria *legi carnis a*, & mundi, quæ plena est luto, cœno, pulvere avaritiæ, luxuriæ, superbiæ, & omnium vitiorum via, perducit autem ad æternam damnationem. Rectè Ambr. observat sequutus Hilarium hic pulchrum ordinem, plenum doctrinæ, & gratiæ, ut ante vita, quam doctrina, de qua sequenti versu, quærenda proponatur: quoniam vita sine gratia sine doctrina habet gratiam, doctrina sine vita integritatem non habet: *& in malevolam animam non cadit sapientia*: *b* & *seminare nobis* debemus *ad justitiam c*, atq; vindemiare ad fructum vitæ, tum vero illuminate nobis lumen cognitionis: & prius *in lege esse voluntatem* oportet, deinde *meditationem d*. Docet præterea viam esse tùm legem, tùm Christum *e*, usq; ad finem non ambulasse Judæos, quia non usq; ad Christum: non Manichæum, qui legem refutat: August. exhortationem agnoscit non absolutè ad beatitudinem: quam omnes volunt, etiam improbi: sed ut id fiat ad eam obtinendam, quod plurimi nolunt: est vero C legem quę nominatur in sequenti membro, tùm Christum ipsum, ut dixi in paraphrasi. Per viam illam duplicem legis & Christi, *quæ sancta est, ac directa, non transit pollutus, nec stulti* (si animum advertere volunt) *z errant*. Athanasius *a* quoq; de Christo viam hic interpretatur, qui & seipsum *viam* nominaverit, & à Sapiente *b initium* vocatur *viarum Domini*. Eadem repetit Hier. *c*. Ignatius *d* quoq; Christum hic per *viam* intelligit. Vitam ac spatium ejus Chrysostomus & Euthymius *viam* nominari notant; quod nihil firmum ac stabile habeant: Theodoretus quia hanc vitæ viam ex partu ad sepulchrum omnes incedimus: *numquam in eodem statu homo e permanet*: etiam dormiens veluti, navigat: nullo umquam puncto gradum sistit: nullum ejus ieu solstitium, aut subsistentia. *f* Basilius hoc & similibus aliis psalmorum locis confirmat, merito vitam nostram *via* nomine appellari, quia quemadmodum qui institutum iter expediunt, pedum gressus ad cursum inter se concertantes, ad anteriora D loci alterius transpositione posteriorem sollicitant, facilè ad vitæ terminum promovent; ita & qui ad vitam hanc à conditore producti sunt, confestim in illius principio temporum articulis ingredientes, & priorem ex illis semper posteriorem relinquentes, ad vitæ metam pertingunt. Pergit deinde fusa & eleganti oratione, demonstrare, nihil nisi viam esse vitam istam, & itèr quoddam ætatibus quasi quibusdam viatorum diversoriis distinctum: sed ita, ut nec diversari quidem, ac immorari liceat; curandum, ne nos inutilibus oneribus oneremus: considerandum, cuncta quæ hic demum relinquenda sunt nostra non esse, sed aliena, & in via quam præterimus, constituta. Adjice, *nosse Dominum viam justorum, & iter*, hoc est, aberrationem, *impiorum g peritorum*, ut observat Ambrosius *h*. Item nota, beatos esse immaculatos, ipso quidem honesto bono innocentiæ, quod est expetendum per se: beatitudine autem divina, quia Deus illam decrevit dare tamquam præmium: alioqui, dicit attinet ad Deum ipsum, *quid prodest illi, si justi fuerimus? aut quid ei conferemus, si immaculata fuerit via i nostra?* Nostra interest *immaculatos nos custodire ab hoc sæculo* k, quia nihil coinquinatum introibit in regnum cœlorum, Porro ex hoc, & similibus loquendi modis, in quibus *macula l* mentio fit, quum de peccatis est sermo, vel

Aleph notio sit pro *principio, & principatu*, isti psalmi hujus primo versui merito primi ipsum inter alios versus deferre possumus, quemadmodum & psalmo toto inter ceteros psalmos. *Bovem* alii significari dicunt hac littera, vel *mansuetudinem*. *Mansuetos & obedientes Deus vias suas q*, qui supponunt aratro jugum, & mactantur Dei.

Deo immaculati in via.) Cyprianus *r*, (*Beati qui immaculati sunt in via.*) Hieron. *immaculati via*, תמימי דרך *themimæ derech*. Chaldæus exponit *perfectos* alia synonyma voce etiam Hebræa שלים *sceleme, integros, perfectos, sinceros, & via*, idest, secundùm vitæ viam cursum institutum, significat hæc phrasis: ac Teste Tertulliano *s via* cognominatur disciplina nostra. De nomine Hebræo תם *tham*, & de Græco ἄμωμος, dictum aliàs *t*. Ostendimus quoq; ingredi posse aliquem in hac vita & via sine macula, ut est in psal. 14. *u* nimirum, ut crediatur Hier. monet hoc loco, sine mortalibus criminibus: ut sit distinctio inter maculam, inquit, & maculam, quia etsi minuti esse non possumus, tamen in majora incidere non debemus. Quæ distinctio mortalis & non mortalis peccati quod vocamus veniale, debet notari contra Hæreticos nostri temporis, Pelagianis autem contendentibus posse & debere hominem vivere absque omni peccato, respondendum ut modo dixi: & August. *x* præterea docet *immaculatos* dici, qui carent gravioribus & damnabilibus, idest, mortalibus peccatis, & iterum interim ad ipsam perfectionem irreprehensibiliter currunt. Videtur verus Hieron. *y* omnis maculæ etiam levis negationem hic intellexisse; sed nimirum quoad ejus fieri potest. Unde ait quasi rem difficillimam, & penè impossibilem optat Propheta, potius quam præiumit, dicens; *Beati immaculati &c. Immaculatos in via* hujus sæculi appellat, quos nulla obiceeni rumoris aura maculari. Ubi maculæ privationem refert ad externam opinionem, ne quis malè audiat apud alios. Qui à sacerdotis inferentibus arcam in templum Salomonis, decantatum psalmum in via volunt, *immaculatorum* iis epithetum attribuunt, ut in præfatione istius psalmi dixi. Viam præter hoc vitæ spatium vel vivendi institutum, possumus intelligere, tùm

a Serm. 7. 28

b Sap. 1. 4

c Osea 10. 12

d psalm. 1. 2.

e Joan. 14. 6

f 1 Cor. 9. 24 Philip. 3. 12

g Rom. 7. 5. 18

h eccl. 14. c. 16

i 1. Tim. 6. 20

k annim. psal. cap. 67

Duo discentium genera.

l lib. 3. de Salom. cap. 4

1 ep. 2. in Ecc. p. 2. lib. 3. c. 6

m 2. offic. c. 3

n Heb. 5. 12 c. cap. 6. 2

p Matt. 5. 2. Litteræ Aleph notio.

q Psal. 24. 9

r de exhort. martyr. cap. ult. & 3. test. cap. 16

s de orat. c. 20.

t in psal. 18. 8

Distinctio peccati in mortale & veniale.

u vers. 2.

x de perfect. instit. cap. 9

y epist. 16.

z Esa. 35. 8.

a or. 3. cont. Arian.

b Prov. 8. 22

c in Esa. 35.

d ep. ad Epl.

e Job 14. 2.

f ho. 23. non adhar. rebus secul.

Vita nostra viæ merito comparatur

g psal. 1. ult.

h ibid.

i Job 22. 3

k Jacob 1. 27

l Josue 22. 19

Jer. 2. 7. Eccl. 31. 8. c. 67. 13

Ephes. 5. 27

Psalm. 14. 2.

Apoc. 21. 27.

for-

sordium a, vel *inquinamentorum*, & *coinquinationis b*: & è contrario *lotionis c*, sive *abluti onis d*, *mundationis e*, *purgationis f*; & similium, colligitur peccatum habituale, mortale saltem, consistere in habituali macula.

Qui ambulant in lege Domini.) In psalmo I. per negationes & verba præteriti temporis hoc describitur, *qui non abiit, non stetit, non sedit in concilio impiorum, in via peccatorum, in cathedra pestilentiæ*: moxque subditur cum præsenti tempore & futuro, *sed in lege ejus voluntas ejus*, nimirum est, & *in lege ejus meditabitur die ac nocte*. Eo loco Basilius rationem temporis præteriti dat, quia nondum ille qui in vita est, beatus est prædicandus ob exitum incertum; sed qui vices suæ functionis & vocationis semel absolverit, vitamque fine certo clauserit, hic jam beatus tuto dici poterit. Tamen hoc loco dici beatos non qui ambulaverunt, sed qui adhuc ambulant, quoniam qui bene faciunt, in ipsa laudantur actione; qui vero peccatum fugerunt, si semel atque iterum à malo forte declinaverunt non propterea laudandi sunt, sed qui omninò omni tempore vitare prorsus potuerint malitiæ experientiam. Hæc scribente me, & de moriturò collegii nostri Romani procuratore cogitante, tunc ipso momento mortui signum datum est, quo admonitus sum tùm gratulari ob peractam ab illo fine macula saltem gravi, ut equidem sperare possum, viam, tùm ad precandum, ut si qua residet in eo macula levior, fine qua per difficile est hinc emigrare; venia Deus misericordissimæ pietatis illam abstergere dignaretur. *Legem Domini* Turrianus noster in manuscripto istius psalmi commentario, à lege distinguit, quæ *umbram habeat futurorum bonorum g*, (insinuat id etiam Hilarius) ad nihil perfectum adducens, infirma, egena, inutilis ad emundandam conscientiam, & usque ad tempus correctionis imposita erat. Verè dicit de lege judiciali, & ceremoniali: morum autem præcepta Decalogo contenta non minus ad novam spectant legem quam ad veterem. Clemens *h* Romanus docet, à Christo non sublatam legem naturalem, sed confirmatam, ceremonialem in melius mutatam, vinculis illius amoris. Illud autem confirmat & primi psalmi testimonio *i*; & nostri, quod præ manibus est. Afferit etiam, quod David, quem nominat velut Auctorem utriusque, in omnibus psalmis vult, ut simus servatores legis, & non violatores. Melior antithesis, ut antea notavi; cum *lege membrorum* sive *carnis*, quæ vocari etiam potest *lex mundi*. Longa nec inutilis collatio institui inter has leges posset & paullo altiùs petito principio, quid lex, ut bona sit, exigat. Avendanus tria tractat, ut sit justa, brevis, clara, disputans etiam de ordine, & omnia satis aptè circa Decalogum declarans. Illud præterea observat, quoties de Sanctorum statu in termino Scripturæ meminerunt, usurpare quietem, dormitionem, sessionem: quando de statu eorumdem in via, motum, cursum, extensionem ad anteriora, perfectionem, ascensionem, itionem de virtute in virtutem. Quæ omnia, hisque similia, errori adversantur asserentium, perfectionis in hac vita terminum esse, ultra quam procedendi facultas non detur. Frequens præ aliis hæc formula in divinis litteris, ambulandi, non tantum indege, sed etiam in decretis Dei, vel in præceptis *l*, vel in novitate *m* vitæ, secundùm spiritum *n*, vel coram Domino *o*. Non est perpetuum discrimen viæ Dei, & viæ nostræ ut illa significet legem: hæc viæ nostræ exercitium, & quasi susceptionem itineris per illam legem. Convenit quidem proposito, quia beati sunt immaculati in via Dei; iter autem est ambulare in lege ipsius: at Deo simul tribuuntur *vestigia*, & *viæ p*: & eadem significatione in eadem oratione *via Dei* nominatur, & *via hominis q*, pro actione, ac modo agendi. Notavit hoc Pineda *r* noster. De differentia tot nominum, quibus lex appellatur, agunt Hilarius præsertim, Hugo S. Victoris *s*, Justinus *t*, & hoc loco Faber, ac Agellius. Variis antea locis id tradidimus; & denique ut synonyma sumi posse docuimus. Lex Hebraicè à docendo dicitur, via indicat rem, quæ docetur; justificatio, juxta vim Hebraæ linguæ, terminum præscriptum: secundùm alias linguas, quod potest justum efficere: mandatum id, quod veluti per nuntium fieri præcipitur, jure quodam Dominico, regiove: judicium involvit ordinem alterius ad alterum, ac sæpe quod pœna sancitur, vel præmio: testimonium, quo admonetur quis recepti beneficii, ut præceptum de Sabbato, aliisque festis, vel in quo Deus contestatur sub comminatione supplicii & præmii pollicitatione, seu successus felicis: justitia, præceptum justè promulgatum, jus do-

a *Deut.31.5 Esa.44. Osee 9.4. Prov.30 13*
b *Ezech.36. 25.29. Mat. 15.20. Apoc. 21.27*
c *Psal.59.9. 9.Jer. 2.22. c.4.14*
d *Esa.64.4. 1.Cor.6. 11.*
e *Ezech.36. 25*
f *Hebr.1.3.*
g *Hebr.10.1*
Decalogi præcepta tam novam quam veterem spectant legé.
h *6. const. c. 23*
i *vers.4.2*
Lex ut bona sit, quid exigat.
Error asserentium, perfectionem in hac vita esse terminum, refutatur.
l *2.Reg.8. 65 1 Esdr.11.12 20*
m *Rom.6.4*
n *cap.8.4*
o *Gen. 17.1*
p *Job 23.11*
q *Ezech. 18 25*
r *in Job 23. 11*
s *annot. in psal.cap.68.*
t *qu. 92. ad evitad.*
Differentia hominum, quibus appellatur lex.

Acens, prohibens injuriam: verbum, eloquium, sermo innunt legislatorem Deum, quasi ore proprio præcepta dantem: æquitas eam legem peculiariter, quæ continet benignitatem, clementiam, liberalitatem, ut de quiete servi, ancillæque in Sabbatone anno remissionis colatur terra, sed finantur pauperes colligere quæ spontè tulerit, &c. veritas, quod præcipienti Deo credi debeat, nec fallat id, quod præcipitur, aut parum sit firmum: ordinatio tandem subordinationem superioris & inferioris, ac in rebus ipsis agendis certum ordinem importat. Paullo aliter alii: sed haud magno discrimine. Hugo victorinus *u* addit, *mirabilia*: sed non tam nomen distinctum censeri debet, quam epitherum, utpotè quum etiam sit adjectivum: Nebiensis *bonum*: atqui de hoc idem judicium: recitat vero ex Hebræis legis nomina septuaginta, totidem Synagogæ, & Dei. Lege, si vacat,

---

B *Vers.2.*) Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.

NON sufficit quoqno modo in Domini lege ambulare, immo nec ambulare propriè censendus, ac immaculatus, & beatus, nisi totius legis attendat mentem, diligenterq; consideret, quidquid contestando præcipit in ea Deo, sive minis, sive promissis, atq; voluntatem suam testificatur, & declarat: tum vero eumdem legislatorem Deum exquirit toto corde, ipsis gratiam quanto maximè potest consequi, conservare, augere, procurando per exactam omnium, & singulorum ipsius mandatorum observationem. Latet hic autem comparatio viatoris: quoniam de via prius facta mentio est, atque de ambulatione; quoniam qui non animi tantum gratia, nec ad præfixum tendens locum, sed ad civitatem certam pergit, & præcipuè ad patriam, eoque pervenire quamprimum cupit, tæpiùs, & anxiè, & ab obvio quocumque suscitatur de via, sitne recta, commoda, brevis. *Interrogate quemlibet de viatoribus*, ait Job *x*, & *hac eadem illum intelligere cognoscetis*. Quam præterea ob caussam Propheta hoc toto psalm. identidem flagitat dirigi in Dei mandatis, & gressus semitis, secundùm eloquium ejus, non declinare ab eis, ne alio avertat oculos, ne perdat viam, ne repellatur à mandatis, ne oblivisca tur mandata, ne abscondantur ab eo, ut viam justificationum doceatur, ut viam iniquitatis amoveat Deus ab ipso, ut legem ei ponat viam justificationum, quam exquirat semper, ut det intellectum ad scrutandum eam; ut deducat in semitam mandatorum; ut quærat servum suum, sicut oves errantem, & perditam. Porro jam prius annotavi cum aliis Patribus, istum cum præcedente versu amplecti activam, & contemplativam vitam actionem virtutis, cum scientia, & sapientia, ut hæc illam sequatur, illa ad hunc gradum quodammodo faciat. Idem ex Diodoro refert etiam Agellius. Hoc est, quod Petrus *y* dixit. *Ministrate in virtute scientiam*. Multiplex est Dei testimonium, & quodlibet quidem *fidele sapientiam præstans parvulis z*, & *credibilibus intellectum in obedientiam*, & *obsequium fidei b* non *reliquit Deus sine testimonio gentes*, *benefaciens de cælo, dans pluvias, & tempora fructifera implens cibo*, & *lætitia corde eorum c*. In Scripturis divinis continentur testimonia rerum credendarum, & agendarum, ad harum Scripturarum scrutationem hortabatur Christus *d*, laudantur in Apostolica historia *e*, qui hoc quotidie faciebant, *suscipientes verbum cum avaditate*; Petrus *f* id fatetur scribit à Prophetis, solus reprehenditur *scrutator* insolens *majestati*, *g*. Adi, si jubet, utriusque loci commentarium nostrum. Diligentiam hic eximiam, studiumque sedulum observant ferè omnes in *scrutandi* verbo: Hugo etiam Cardinal. difficultatem divinarum scripturarum. Maximus apud Turrianum, discretionem rationis, quæ secundùm operationem virtutum, prudenter, & considerate fit circa propriam caussam, idest Deum. Scrutantur aliqui, ut sciant, & curiosi sint, laudentur, & vani atque ambitiosi, ut lucrentur, & cupidi seu avari, ut pervertant, & calumnientur, & hæretici aut similes, ut ædificentur, & prudenter humiles: ut ædificent, & charitate prædicti. Sic Hugo ubi tres ultimæ tantum classes probandæ sunt, & ad illos pertinent qui virtutem jungunt scientiæ, doctrinam bonæ vitæ; quemadmodum Christus *fecisse* dicitur prius, postea

Sensus loci.

Scripturarũ difficultas in multis contra hæreticos.
g *infra vers. 14.*
h *ep. 129.*
i *ep. 13. ad Paullinum.*
Modus, quo Sacras litteras scrutari debemus.
k *Joa.3.39.*
l *Deut.4.1. 5.1. 6.1. 8.1. 11.1. 26.16. 27.10. 30.16. Jos.1.8. 22.5. 23.6. 1.Reg.2.3. 2.Par.17.4. 19.10. 31.21. 33.8. Esdr.7.10. Tob.4.5. Psal.118.1. 119.1. 119.9. 119.105. 119.133. Prov.3.1. 4.4. 7.2. Eccl.12.13. Jer.7.23. 26.4. 44.10. Ezech.11.20. 18.9. 20.18. 36.27. Dan.9.10. Mich.6.8. Mat.19.17. Act.7.53. 1.Joan.2.3. 5.2. 2.Joan.6. Apoc.22.14.*
m *Psal.118.8.*
n *psal.92.5*
b *2.Cor.10.5*
c *Act.14.17*
d *Joan.5.39 e cap.17.11 f 1.ep.120.11 g Prov.26.27*

postea *docuisse* a: & Paulus *b* ab Episcopo conditiones alias exigit ante ad probitatem spectantes, quam ut esset doctor: & sacerdos prius inducebat superhumerale, quam rationale. Deus *exquiri* debet *in toto* corde, *quæri vultus ejus faciles requiri*, c

Beati qui scrutantur testimonia ejus.) Hieronymus *cu-stodiunt*, quod significat participium נצרי *notare* in statu regiminis, vel quod idem est, *conservare*. Infra *d* vertitur verbo *exquirendi*, & חקרוהו. Hoc loco in sequenti membro est illud idem verbum, sed in isto דרשוהו, qui rem diligenter scrutatur, accurate quoque custodit & conservat. Cyprian. *f* retinuit Græcum nomen *martyria*, ut utpans præientem locum, ut horretur ad martyria & mortes, vel tormenta pro testimonio, & confessione fidei perferend. *Testimonia* latius hic patent, velut unum de nominibus legis, ut ante dixi, quatenuvetiam lex amplectitur non modo Decalogum & alia præcepta, sed præterea Scripturas divinas, in quibus Deus voluntatem tuam cum quadam obtestatione & contestatione manifestat, minando, permittendo. Dixi quoque scrutatione innui difficultatem scripturarum, quam immerito negant Hæretici, sibiq; ipsimet contradicunt tot edendis in eas commentariis, quod alias pluribus demonstravi. Poscit ipsemet David *dari sibi intellectum, ut hanc scrutetur legem g*; dicitque *quia mirabilia sunt Dei testimonia* (idest difficilia) *ideo scrutatam esse illa animam suam h*. Si tantus Propheta, ut cum Hieronymo *i* argumentemur, tenebras ignorantiæ confitetur; qua nos putas parvulos & pene lactantes, inscientiæ nocte circumdari? Adde, si hoc de se Hieronym. affirmat doctor tantus, tam fine controversia doctus, quid sentire nos de nobis, & dicere, ac fateri oportet, Paulus Burgensis dialogo suo titulum fecit *Scrutinium scripturarum* permotus, ut ipse ait, & præsentis loci sententia, & verbis Christi *k* provocantis, atque invitantis ad *scrutandas scripturas*. Ubi tria notat; Primum, non esse quærenda in scripturis mysteria Christi superficialiter, ut ipse loquitur, & perfunctorie, sed diligenter, & per modum scrutantis, & rem latentem per obscuritatem, seu confusionem, in aliqua domo, per diligens scrutinium reperire volentis, & quasi *in lucernis*, quemadmodum laudati hoc nomine in Actibus Apostolorum *m* faciebant. Secundum, ut ex aliis, præter sacros, libris hujusce modi perscrutatio fiat. Tertium, ut imprimis quæratur sensus litteralis, maximè si disputandum sit. Quartum adjici potest, quod idem Auctor innuit licèt, non distinguat; ut *ex toto corde* fiat ista scrutatio & exquisitio, hoc est, animo syncero, veritatis reperiendæ, virtutis exercendæ. *Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: servient Domino in veritate, & inquirunt ut faciant quæ placita sunt illi*, Aliqui *scrutantes iniquitates*, necesse *deficere in scrutinio* suo. Accedat quinto, ut quis æstimat *mirabilia esse testimonia Dei*, ut *ideo scrutatione digna* judicet *q*: & ut eniixè à Deo petat *intellectum*, ad bene & utiliter *scrutandum r*; ac ne *opprimatur s*: in eaque incurrat vitia male scrutantium, quæ antea notavi. Lege de obscuritate ac difficultate scripturarum ex nostris Bellarminum *t*, & Salmeronem *u*: præterea Bellarmini defensorem Gretserum *x*; qui inter alia, ostendit hoc Davidis exemplum in istis & similibus verbis valde ad rem facere. Quid valeant hoc loco *testimonia*, prius docui. Eamdem vim habet testificatio, ut nempe significet legem ibi, ubi Deus *poni* præcipit *in arca y testificationem*.

In toto corde exquirunt eum.) Hieronymus *requirunt* Chald. *doctrinam ejus*. Ex דרש *darasch* quod hic habetur, & *quærere cum cura, sollicitudine, diligentia* significat, derivatur קרש expositio accuratior, & magis exquisita. Arbitror non tam studium diligenter investigandi hic indicari, quam pium affectum, ac voluntatem scrutationi adjunctum quæ priori membro posita est. Sic inferius reperitur, *in toto corde meo exquisivi te*; nempe precibus ac supplicatione: quæ ad intelligendam legem testimoniaque, & scripturas divinas, necessariæ sunt, & à David nostro, atque ab aliis usurpare quemadmodum alibi docui. Est quidem hic futuri temporis דרשוהו *idreschihu* cum affixo masculino, & חקרוהו *idrefchihu* tamen etiam Hieron. ut retuli, exposuit in tempore præsenti. Anastasius ab Agellio citatus commutatum notat tempus κατὰ τὸ ἐνεστῶς ὁ ἑρμηνευτὴς ἀντὶ παρακειμένου juxta proprium idioma Pialmorum, & perinde esse ac si participium ἐκζητοῦντες exprimeretur simile præcedenti ἐκζητοῦντες: adde & Hebræum נצרי *notare*, nimirum דרשוהו *dorefchehu*. Vi-

a *Act.15.1.*
b *1.Tim.3. 10.*
c *Deut.4.29. *psal.118.2. e psal 26.8.*
d *v. 22.*
f *de lexhort. ad mart. c. 10. & 3. test. cap. 16.*
u *supra.*
g *Esa.10.2*
e *ep. 21. in Evang.*
b *in Mat. 4.*
i *ep. 21. moral. cap. 21.*
d *Gen.32.31*
Tropologia
f *cap. 4.*
Beatitudo scrutantiis in ipsa.
g *Gem.2.pa. Tan.16. 2.Cor.3.19.*

Levini in Psal. Tom. IV.

Adetur idem Auctor legisse αὐτὰ, nempe τὴν μαρτύρια, τὴν νόμον testimonia, & *legem*. Alii referunt pronomen masculinum Græcum ad νόμον, ad *legem* generis ejusdem in ea lingua. Præstat referre ad *Deum*, ut dixi, quem Apollinari paraphrasis appellat σῶζον βασιλεῦ, *bonum Regem*. Toto corde quidpiam egere aut exquirere quid sit, constare ex similibus aliis potest locis. *Divisum* qui habet *cor*, *interit z*. Maximus exponit ἐκζητῶν motum mentis ad Deum qui fit secundùm scientiam virtutum cum quodam ardendi desiderio. Claudicat in utramque partem, vel utroque poplite, seu pede qui, nec opere, nec fide rectè incedit, altero, qui opere ut observant Augustinus *a*, ac Rupertus *b*. Prior Gentilis, Judæus posterior olim fuit; quum fidei ejus non responderent mores. Jam uterq; & cæcus, atque claudus idque secundùm pedes ambos potest censeri. Antea Gentilis magis proprie cæcus, & Judæus claudus dicebatur, Gregorio teste ac Judæi typus Jacob erat, uno claudus *c* pede, ut idem Ruper. *d* notat. *Civitas que claudicans* Jerusalem vocabatur à Michæa. *e* Aug. beatitudinem scrutantium, & exquirentium, vocat in spe; nempe propter quæsitum Deum, qui speratur inveniendus, & simili modo beatos dici immaculatos in spe, quoniam speranti se quandoque prorsum immaculatos futuros. Ambrosius tropologiam tractat: longiore sermone; qui præ oculis habeat Deum scrutari, hoc modo testimonia ipsius, & eum exquirere *f*, atque à peccando retrahi, quemadmodum etiam flagitiosum revocat spectatoris timor, qui erubescit testimonium erroris, quam vis errorem ipsum non erubescat, incuriosus justitiæ sollicitus famæ. Adjugit adhæc, ut consideremus plena esse Angelorum omnia, aere, terras, mare, Ecclesias, quibus Angeli præsunt: & item & dæmonum. Locus totus perelegans, & utilissimus. Arnobius digreditur in eorum reprehensionem, qui quum possunt, nolunt, & in excusationem illorum, qui quum volunt, non possunt scrutari testimonia Dei. Reprehendit autem præcipuè Clericum, & Religiosum. Inductio fieri potest per eos, qui in aliarum scientiarum, artium ve studium tantopere desudarunt. Cupiamus, ait Ephrem *f* Spiritus sancti edisceere mandata. Nam qui mundi istius præceptores, atque interpretes agunt, studiose in lectionem sapientiæ, quæ non est, incumbunt; quum *sapientia mundi hujus stultitia sit coram Deo*. *g* Quanto magis meditari nos decet, atque perdiscere ad salutem animarum nostrarum eloquia Dei? Quin & Spiritus sanctus beatificat eos, qui exquirunt testimonia ipsius, dicens, *Beati qui exquirunt testimonia ejus*; quia *in toto corde exquirent ipsum*.

Vers. 3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.

CONfirmat eos dumtaxat centendos ambulare in lege Domini immaculatè, integrè, perfectè, & scrutari testimonia illius, illumque exquirere in toto corde, qui caveant omnem iniquitatem. Vel per extenuationem asserit tantum abesse, ut qui operantur iniquitatem, in viis Domini ambulare dicendi sint, ut ne ambulate quidem illos affirmare possis, qui negligenter tantum, aut fictè, non immaculatè, accuratè, sincerè, ex toto corde id faciant. Denique latet argumentum ab oppositis; non ambulaverunt in viis Domini, qui operantur iniquitatem; & idcirco inveniuntur maculati. Ergo qui ambulant in illis viis, seu in lege Domini, non operantur iniquitatem, ac propterea sunt immaculati. Ceterum, quia omnis justus ambulat in viis Domini, & tamen nemo est, qui *peccatum non habeat h*; quod peccatum dicitur esse *iniquitas i*: dicendum prout ambulat justus in illis viis, non operari iniquitatem; viceque versa, quatenus operatur iniquitatem, non ambulare in iisdem viis; sed peccatum, quod facit etiam justus, quamdiu talis est, non est propriè iniquitas; nec est contrarium viis Domini, quia levo tantum est, ac veniale, per quod à viis tantum divertitur, & præter legem, non contra legem agitur; & justus facile redit in eaidem vias, à quibus absolute non recessit, sed aliquantulum divertit, atque deflexit. Hac ratione satis fit quæstioni Augustini, quam vocat gravissimam, cui cum eodem respondet quoq: Prosper, ambulantes in via Domini nullis contentire criminibus, & tamen quibusdam cogitationum carnalis obreptionibus titulari, & ob hoc eis necessariam quotidianam remissionem,

Sensus loci.

argumentũ ab oppositis
h *psal.118.1.*
i *ibid.c.3.4. c.3.17.*

neum, ut fiant immaculati: quoniam & hoc ipsum ad vi-
tam pertinet Domini, de qua non recedit, qui se imma-
culati semper expolit. Attamen concedendum non cen-
seo primos, quos vocant motus, & *malum quod nolentem
se facere* scribit Paulus *a*, peccata; etiam venialis rationem
propriè habere, quæ necessario requirit libertatem; sed
peccatum dici, qua originalis peccati effectus est, atque
id peccatum dici, qua originalis peccati effectus est, atqui
ad peccatum incitat. Aliud objici potest, multos nunc
operari iniquitatem, qui prius *in viis Domini ambulaverunt*
&c., ut cum Paulo *b* loquar, *bene concurrerunt*. Cenientur
non ambulavisse, & non occurrisse, qui non *sic cucurrerunt,
ut comprehenderent c*: non sic ambulavisse, qui per-
venerunt; & *quum averterit se justus a justitia sua, & fecerit
iniquitatem, omnes justitiæ ejus, quæ fecerat, non recorda-
buntur; sed in prevaricatione sua, & in peccato suo morietur*,
d nempe, ut exponit Theodoretus, in peccato ad mor-
tem, pro quo Joannes forsitan non consulit *e* & in quod ne-
gat incurrere Dei gente rationem, hoc est prædestinatos, &
electos & quia, ut ait Polycronius, videtur, quia hujus-
modi est, etiam superiori tempore, non executa, & studio
honesti virtutem colisse, sed potius temere, & consue-
tudine quadam. Recte dicit videri, quoniam fieri potest,
ut consulto, diligenter, accurate virtutem quis coluerit,
& nihilominus postea laboratur, *averterit se a justitia sua*.
id præterea certum est, vetera merita, & justitias, nihil
profuturas reprobo ad salutem, valituras nihilominus, ad
leviorem pœnam: quia non tot, tantis de peccatis omnibus
descendit quandoque, qui antea justus fuit, & in multis
meruit. Quamquam hæc etiam circumstantia nonnihil
aggravat demeritum ultimum, & reatum pœnæ hoc no-
mine majoris, ob ingratitudinem.

*Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambula-
verunt.*) Hieronym. eodem pacto. Abi cum distinctione
majore, ac in tempore præsenti, *non enim operatis sunt
iniquitatem*; nempe jam dicti præcedentibus versibus, *in
viis ejus ambulaverunt*, supple *sed in viis ejus*, &c. vel
*profecto valde nullum scelus admiserunt, sed recta per viam,
quæ illi, monstravit Deus, gradientur*, vel *qui scelera nulla
designant, sed in viis ejus incedunt: vel etiam nimirum
beati, qui non operantur iniquitatem*: & supplendo *sed in
viis ejus ambulant*, Hebr. אך *aph* valet *certe, etiam profe-
ctos* præteritum פעלו *pahlu*, pro futuro, vel præsenti
tempore, & eodem pacto חלכו *hahlchu*. Juxta quam
temporis alterutrius acceptionem, non haberet objectio
locum prius positum, quomodo *qui operantur iniquitatem*,
non dicantur *ambulavisse in viis Domini*, quum constet
aliquos, *qui operantur iniquitatem*, in illis *viis ambula-
visse*. Observat Basilius hic similitudinem illius versus
collati cum prioribus, cum illo versu Psalmi primi, *b
non sic impii*, &c. idest, non eadem incedunt via, quia
justi; sed ambulant viis difficiles, & *lassantur in via mi-
quitatis*. * Cajetanus ait, in primo versu loquutum Da-
videm de perfectis: in secundo de proficientibus: in illo
de incipientibus: istos non appellari *beatos*, sed priores
utroque. *Viæ* intelligere possumus præcepta, & scri-
pturarum propterea testimonia, in quibus vetantur pec-
cata, a quibus viis dicedunt, qui hæc per peccant. Præ-
cedentes versus duo doctrinam continebant viarum vitæ
activæ, & contemplativæ. Hic ostenditur salutem beati-
tudinis viam vitandam esse.

Vers. 4.) Tu mandasti mandata tua custoditi nimis.

DEmceps perpetua alloquitur Deum Propheta, præ-
terquam in versu 115. indicans affectum eximium
erga ipsum. Sic legimus Abraham in oratione pro Sodo-
mis autem pra, amicæque confidentia textes Deum inter-
rogare *i*. Joannem *k* ac proditore, de Joanne Petrum *l*,
locutus autem directo ad Deum sermone, dicere: Nil mi-
rum esse, qui beati, cupiant esse, illudeant ut sint immacu-
lati, ut ambulent ad proficiant in lege Domini, ut scrutent
testimonia, & in toto corde exquirant illum, ut vi-
tent iniquitatem, ne impediantur a processu in viis ejus-
dem, quoniam nobis res est cum exactissimo legislatore,
qui omnino vult sibi à nos obediatur, & omnem ulciscì
inobedientiam valet, quam nec potest ignorare: & obe-
dientiam quidem exigit perfectam, per modum reci-
pitissimæ quæ summa diligentia custoditur; ut alicui
nomine deposiri plurimum commendatur, quemadmo-
dum de suis Paulus monitis Timotheo scribebat. *m* Præ-

Primi motus peccati venialis rationem propriè non habent.

a Rom. 7. 15.

b Gal. 5. 7.

c Heb. 12. 24.

Julius a pœnitentia suis ea dicere potuit.

d Ez. 18. 24.

e ibid.

f 1. Joan. 5. 16.

g 2. Pet. 2. 18.

Veteres merita, & justitiæ reprobo ad salutem nihil prodesse.

Sensus loci.

i Gen. 18. 23. & seqq.

k Joan. 35. 12.

l c. 21. 21.

m 1 Cor. 6. 19.

n Cor. 1. 14.

A *ex toto corde, anima, fortitudine*. * Reddendam rationem
præmonuit *a* Christus *de omni verbo otioso in die judicii*:
ipsa desideria & cogitationes malas, non externa dumtaxat
opera inhibuit *b*; inimicorum affectionem *c*, & quoti-
dianam crucis bajulationem *d*, mortificationemque *e* præ-
cepit: ac aliquo mandato negavit, vel *jurandum & apis-
cor propter eundem f*; tam multa docuit & fecit: adeo
multis miraculis, & exemplorum genus, aliorumque sanc-
torum, legis pertinaderæ observationem voluit: tot usus
est, ac tam mirabilibus instructus fortique ad se revocandi
modis. Comminatus est non solum temporales graves
pœnas, præsertim in vetere testamento, quibus homines
illius temporis maxime movebantur, sed etiam æternas:
punivit etiam in hac vita prevaricatores acerbissimis supp-
licris, incipiendo à primis parentibus cum solo genere
humano, & deinceps in tot aliis, quorum sunt exempla
in promtu: promisit & temporalia bona, & æterna, immo
seipsum in premium: pro vindicta injuriarum divinarum
violatorumque mandatorum Deus homo factus est, ac
tam multa passus, & denique mortuus: Requiritur ita-
que in nobis metus, amor, spes, diligentia; præ omnibus
amor. *Cura nunquam discedat*, inquit Sapiens *g*, *dilectio
illius; & custodia legum illius est*. Christus etiam di-
xit, *qui diligit ipsum mandata ejus h servaturum*. Di-
gnus est Deus nimio, hoc est, maximo, ac fieri posset, in-
finito amore, propter munitam bonitatem suam, *& ob ni-
miam charitatem qua dilexit nos i*: & qua *nimis honorat
amicos suos, nimis confortat principatum eorum*. *j* Idcirco
charitatis modus, quæ diligi debet Deus, est sine modo:
quemadmodum philosophi docent appetitum finis esse
infinitum: *& qui timet Dominum, in mandatis ejus valde, si-
ve cupit k nimis*. Nunciati sponsa dilecto fuisit, *le amore
languens l*, quia scil. non valebat quantum volebat amare,
& quanto ille dignus erat amore. *Adolescentulus dilig-
uat b* nimis ponunt: quamvis illud, *nimis*, non sit
in textu. Observat autem Bernardus, *c* hoc loco non dici
universaliter *omnia mandata* & idcirco illa tantum opor-
tere intelligi, quæ, quoniam non sine grandi culpa qua-
cumque occasione violantur; non sine grandi culpa quo-
modocumque violata donantur: ut *non occidas*, &c. Ni-
hilominus Chrysostomus, & Nicephorus *d* contrario, no-
tante non jubet ut hæc quidem lex servetur, illa vero re-
jiciatur: verum ut omnia mandata majorem in modum
observentur, Paulo *e* quoque post canit David; *tunc non
confundar, quum perspexero in omnibus mandatis tuis, & ad
omnia e mandata tua dirigebar*. Potest levitei circa man-
data peccari; nec non propterea mandat Deus ut *custo-
dianturnimis*, idest, quam fieri potest perfectissimè. Mul-
ta magis fallum, in hac vita pertingi ad eam perfectionem
ultra quam progredi non possis: ut sæpe monui. Ubi ni-
mis, ibi satis nequit esse. Ambr. ait in Paradiso fortasse
non mandavisse Deum *nimis custodiri mandata*; Ideo la-
psum Adamum, ideo inflexum voce mulieris suæ, ideo
deceptum à serpente (nempe per mulierem) putantem
quod si in parte aliqua recederet à mandato, non penitus
erraret: Ideo Dominum pollea nos per legem, per Pro-
phetas, per Evangelium, per Apostolos monuisse, ut ni-
mium custodiamus mandata Domini Dei nostri. Mec mi-
hi videtur non nimis, idest, valde serio graviter quæ tandum
traditum primis parentibus, utpote sub comminatione mortis, tum temporalis, tum æternæ; quidem circa
rem per se alioqui satis levem, cujusmodi erat abstinen-
tia pomi: nec arbitror Adamum putavisse non penitus er-
raturum *f* in parte aliqua recederet, à mandato; à quo
etiam toto recessit, non in parte dumtaxat.

Tu mandasti mandata tua.) Hieronym. *mandasti præce-
pta*, vetus Psalterium, & Augustinus, *præcepisti mandata*,
quamvis in quibusdam codicibus Augustini minus emen-
datis, legatur, *preparasti*. Et jam Græce nomini verbum est
simile, τετάχας τὰς ἐντολάς. Hebræa diversa sunt
פקדת *pikudeicha*. Nomen Hebræum significat
veluti *depositum*; &c. si Rabbinis credimus, *quæ insita sunt
animo* seu *cordi cuiusque*, quam vocamus *legem naturalem*.
Græcum & Latinum innuunt præceptum, quod legislator
non ipse per se, sed per ac denunciat per alium; Synony-
me sumi possunt pro quolibet præcepto.

Custodiri nimis.) Vitiolam lectionem Lindanus recitat,
quæ habet in voce activa, *custodire*. Non obstare tamen
sensui, nec Hebr. לשמור *lismor* & Græco τῷ φυλάξασθαι:
hoc enim est medio vocis, illud activæ. *Nimis* autem idem
est quod valde, מאד *meod*, ut alibi notavimus,
g & hoc loco Augustinus & alii. Augustinus confirmat
com-

communi eo loquendi modo; *nimis te diligo*; hoc est, non
plus quam oportet, sed valde: monet etiam σφόδρα Gre-
cè esse non ἄγαν, quod extat in illa sententia: *ne quid ni-
mis*, μηδὲν ἄγαν, quam si quis contenderet nostræ adver-
sari, minime curandum docet, quia stultam fecit Deus
sapientiam hujus mundi, & potius falsa credenda esset
quam divinum hoc eloquium. Admonet deniq; August.
nonnullos Latinos codices habere, *valde*. Hilar. explan-
nans illud ex Ps. 138. a *mihi autem nimis honorificati sunt*,
&c. idem notat, non secundùm latinitatis consuetudinem
intelligi, nempe ut necessarium modum inutiliter exce-
dat: sed Græcè esse λίαν, in quo magis *valde* quam *nimis*,
continetur. Similis hoc Psalmo infra sententia, *mandasti
justitiæ testimonia tua, & veritatem tuam nimis* מאד *meod*,
σφόδρα. Dixi ante similitudine ducta ex custodia depositi,
reique precilæ. Addi potest facilitas jacturæ, quæ
in proposito est pronitas ad malum nostra, invidique
ac malevoli dæmonis soleris sedulque tentatio, præter
eam quæ nobis est à mundo tùm sæviente, tùm blandien-
te, & à carne tùm lasciviente, tùm necessaria exigente; ad-
hæc ipsiorum memet mandatorum saltem nonnullorum, quà
prius attigit sublimitas, atq; difficultas. Si in via ambu-
lans vix tutus es à latrone, quid facies, ut hoc loco ratio-
cinatur Ambros. si te extra viam vagantem invenerit?
Hue facit *filios hujus sæculi* affirmat Christus *c prudentio-
res filiis lucis in generatione sua*: quod nullus Ecclesiasti-
corum, ut scribit Hieronym. *d* tantum habeat studii in
bono, quantum hæretici in malo: & ut Hilar. *e*, plus
impendunt cogitationis ad falsa, quam nos doctrinæ ap-
taminus ad vera: & ut Tertul. *f*, ridere veritati congruit,
quidem quia lætans, de æmulis suis ludere, quia secura
est; sed curandum planè, ne risus ejus rideatur, si fuerit
indignus. Vid. securitas, fiducia, bonitas etiam inter-
dum non solum causse, sed conscientiæ reddit sæpe nos
gardiores & segniores ad custodiendum hoc depositum
veritatis & virtutis, atque mandatorum divinorum, quæ,
ut etiam prius dixi, Hebræo nomine פקודים *pikudim*
hoc loco significantur.

Vers. 5.) Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas ju-
stificationes tuas.

COncipit desiderium quam diligentissimè Dei man-
data custodiendi, & vias suas sive actiones omnes ad
viam illius dirigendi, postquam egit de felicitate sic de-
gentium & agentium: atq; de summi legislatoris auctori-
tate: adeo exactè ac severè ita fiat requirentis. Eadem
opera æstimans rei difficultatem, exponit Deo votum il-
lud suum, & opem flagitat, ut det quod jubet, qui jubet
qui vulti quemadmodum usurpare August. postea solitus
est, vires flagitans ad virtutem implenda præcepta. Po-
strемo arguit hic loquendi modus magnam alacritatem,
promtamque voluntatem tamquam circa rem latam ac
fausta m, quæque beatum efficiat. Hanc Aug. appellat vo-
cem humilis pietatis, piæque humilitatis, ac fidei, quæ
non immemor est gratiæ, nec hanc necessariam æstimat
solum ad habendam notitiam præceptorum, sed ut hæc
etiam custodiantur & impleantur, quia jam hic ponuntur
ex versu præcedente accepta, Deo præcipiente mandata
Perstringit Pelagianos, qui penitus negabant gratiam esse
necessariam, & Semipelagianos, qui tantum ad habendam
præceptorum notitiam. Idem argumentum contra eos-
dem facit alibi, quoniam nemo optat quod in potestate
sic habetur id faciendum nullo indigeat adjumento. Ele-
git sibi Pius V. pro symbolo versiculum istum. Turrian,
noster δικαίωμα interpretans esse ἐπανορθώσεις τῶν ἀδι-
κημάτων correctiones sive *emendationes pro injuriis* vel *damnis*
vel *immunditiis*, vel *peccatis*: cujusmodi erant punitio-
nes, satisfactiones, oblationes, immolationes, aspersi-
ones: & Lxx. quorum, teste Philone, verba lectissima
sunt, & rebus declarandis accommodatissima. Usos hoc
vocabulo sumto ex communi veterum consuetudine
quam notavit Aristoteles *h*, inquiens, τὸ κοινὸν ἐπὶ δικα-
ίωμα, ἐπανορθωτὸν τῶν ἀδικημάτων, communi consuetudi-
ne loquendi δικαίωμα, est *correctio* sive *emendatio in juria*.
Præterea fic Paulum *i* usurpasse vocem eamdem, scri-
bendo *qui justitiam Dei cognoverunt* δικαίωμα, *non intelle-
xisse, quoniam qui talia agunt* (de quibus dixerat) *digni
sunt morte*: deinde allatis exemplis ex vetere testamento,
justificationum legis, quę cognominantur etiam carnis, &

Heretici plus studii ad malum quam nos ad bonum impendunt.

c Luc. 16. 8.

d in Ef. c. 4. 18

e 8. de Trin.

f Cus. Valent. c. 6.

g Sap. 6. 19.

h Joan. 14. 23.

i Ps. 138. 17.

k Ps. 111. 1.

a 1. Cap. 2. 5

b c. 12.

c de precep. & disp. c. 11

d v. 6.

e v. 128.

In hac vita ad eam perfectionem ultra quam progredi non possumus pertingere non valeamus.

Pelagianorum error perstringitur.

g 2. de peccat. mer. c. 6.

Pii V. symbolum.

h l. 5. Ethic.

i Rom. 1. 32.

Trium viarum distinctio.

a annot. in ps. cap. 65.

k Ps. 118. 9.

l Rom. 2. 13.

m Eccl. 7. 30

n Luc. 3. 5. o Exo. 23. 5. c. p Osea 14. 9 q Prov. 3. 17. r 1. Reg. 6. 12 f Is. 19. 18 t Mal. 4. 2. n Zach. 1. 16 x Cant. 1. 4. y Prov. 16. 9 z Jer. 10. 23.

communi eo loquendi modo; *nimis te diligo*; hoc est, non
plus quam oportet, sed valde: monet etiam σφόδρα Gre-
cè esse non ἄγαν, quod extat in illa sententia: *ne quid ni-
mis*, μηδὲν ἄγαν, quam si quis contenderet nostræ adver-
sari, minime curandum docet, quia stultam fecit Deus
sapientiam hujus mundi, & potius falsa credenda esset
quam divinum hoc eloquium. Admonet deniq; August.
nonnullos Latinos codices habere, *valde*. Hilar. explan-
nans illud ex Ps. 138. a *mihi autem nimis honorificati sunt*,
&c. idem notat, non secundùm latinitatis consuetudinem
intelligi, nempe ut necessarium modum inutiliter exce-
dat: sed Græcè esse λίαν, in quo magis *valde* quam *nimis*,
continetur. Similis hoc Psalmo infra sententia, *mandasti
justitiæ testimonia tua, & veritatem tuam nimis* מאד *meod*,
σφόδρα. Dixi ante similitudine ducta ex custodia depositi,
reique precilæ. Addi potest facilitas jacturæ, quæ
in proposito est pronitas ad malum nostra, invidique
ac malevoli dæmonis soleris sedulque tentatio, præter
eam quæ nobis est à mundo tùm sæviente, tùm blandien-
te, & à carne tùm lasciviente, tùm necessaria exigente; ad-
hæc ipsiorum memet mandatorum saltem nonnullorum, quà
prius attigit sublimitas, atq; difficultas. Si in via ambu-
lans vix tutus es à latrone, quid facies, ut hoc loco ratio-
cinatur Ambros. si te extra viam vagantem invenerit?
Hue facit *filios hujus sæculi* affirmat Christus *c prudentio-
res filiis lucis in generatione sua*: quod nullus Ecclesiasti-
corum, ut scribit Hieronym. *d* tantum habeat studii in
bono, quantum hæretici in malo: & ut Hilar. *e*, plus
impendunt cogitationis ad falsa, quam nos doctrinæ ap-
taminus ad vera: & ut Tertul. *f*, ridere veritati congruit,
quidem quia lætans, de æmulis suis ludere, quia secura
est; sed curandum planè, ne risus ejus rideatur, si fuerit
indignus. Vid. securitas, fiducia, bonitas etiam inter-
dum non solum causse, sed conscientiæ reddit sæpe nos
gardiores & segniores ad custodiendum hoc depositum
veritatis & virtutis, atque mandatorum divinorum, quæ,
ut etiam prius dixi, Hebræo nomine פקודים *pikudim*
hoc loco significantur.

Vers. 5.) Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas ju-
stificationes tuas.

CONcipit desiderium quam diligentissimè Dei man-
data custodiendi, & vias suas sive actiones omnes ad
viam illius dirigendi, postquam egit de felicitate sic de-
gentium & agentium: atq; de summi legislatoris auctori-
tate: adeo exactè ac severè ita fiat requirentis. Eadem
opera æstimans rei difficultatem, exponit Deo votum il-
lud suum, & opem flagitat, ut det quod jubet, qui jubet
qui vulti quemadmodum usurpare August. postea solitus
est, vires flagitans ad virtutem implenda præcepta. Po-
strемo arguit hic loquendi modus magnam alacritatem,
promtamque voluntatem tamquam circa rem latam ac
fausta m, quæque beatum efficiat. Hanc Aug. appellat vo-
cem humilis pietatis, piæque humilitatis, ac fidei, quæ
non immemor est gratiæ, nec hanc necessariam æstimat
solum ad habendam notitiam præceptorum, sed ut hæc
etiam custodiantur & impleantur, quia jam hic ponuntur
ex versu præcedente accepta, Deo præcipiente mandata
Perstringit Pelagianos, qui penitus negabant gratiam esse
necessariam, & Semipelagianos, qui tantum ad habendam
præceptorum notitiam. Idem argumentum contra eos-
dem facit alibi, quoniam nemo optat quod in potestate
sic habetur id faciendum nullo indigeat adjumento. Ele-
git sibi Pius V. pro symbolo versiculum istum. Turrian,
noster δικαίωμα interpretans esse ἐπανορθώσεις τῶν ἀδι-
κημάτων correctiones sive *emendationes pro injuriis* vel *damnis*
vel *immunditiis*, vel *peccatis*: cujusmodi erant punitio-
nes, satisfactiones, oblationes, immolationes, aspersi-
ones: & Lxx. quorum, teste Philone, verba lectissima
sunt, & rebus declarandis accommodatissima. Usos hoc
vocabulo sumto ex communi veterum consuetudine
quam notavit Aristoteles *h*, inquiens, τὸ κοινὸν ἐπὶ δικα-
ίωμα, ἐπανορθωτὸν τῶν ἀδικημάτων, communi consuetudi-
ne loquendi δικαίωμα, est *correctio* sive *emendatio in juria*.
Præterea fic Paulum *i* usurpasse vocem eamdem, scri-
bendo *qui justitiam Dei cognoverunt* δικαίωμα, *non intelle-
xisse, quoniam qui talia agunt* (de quibus dixerat) *digni
sunt morte*: deinde allatis exemplis ex vetere testamento,
justificationum legis, quę cognominantur etiam carnis, &

Vers. 6.) Tunc non confundar, quum perspexero in om-
nibus mandatis tuis.

MAgna utilitas ex viarum nostrarum directione, ad
custodiendas justificationes Domini. Nam cùm illi
directioni studuerimus, atque perspexerimus, diligenterq;
attenderimus, ut nulla non conformis sit actio divinis man-
datis,

Sensus loci.

datis, & ad normam eorum directa, non pudebit nos, nec A ullam confusionis caussam habebimus coram tanto legislatore, quemadmodum continget illis, qui contemsisse se deprehendent mandata, quæ ipse *mandavit custodire nimis*, nec eorum jota unum apicem voluit prætériri. Præterea non confundemur à ipse, & expectatione nostra, videlicet præmii consequendi, quod mandatorum Dei observatio promittit. Non confundit hæc spes. Denique quum Deus ipse direxerit vias nostras, & docuerit nos suas, non confundemur, perspiciendo in mandatis, quæ vel legerimus, vel animo perpenderimus, quoniam curabimus ut lectioni, meditationi, cognitioni, fructus respondeat, nec stimulante conscientia, si factis negemus quæ noverimus, pudeat nos nostri, & apud noimetipsos, & apud alios, & coram oculis Domini. Sciendum est ait Hieron. *a* explanans ex Threnis, *scrutemur vias nostras, & quæramus, & revertamur ad Dominum; levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos*, quod quisquis à præceptis dominicis discordat opere, quoties ea videt corde suo, reprehenditur, atque confunditur, qui id, quod fecerit, memoratur. Nam in quo se erraſse considerat, ipse se conscientia latenter accusat. Unde David Propheta deprecatur, dicens, *Tunc confundar dum prospexero in omnibus mandatis tuis*. Graviter namque unusquisque confunditur, quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quæ vivendo contemsit. Hæc ille, non Hier. sed Rabanus, aliuive, qui hæc, sicut & alia, ex Gregorio *b* transcripsit. Quam præterea sententiam Isidor. *c* in suas retulit sententias. Præterea plus continet hæc negatio, quam præceferat, nimirum laudem, gloriam, honorem, ab hominibus, & à Deo ipso; quia hic *non erubuerimus ipsum & sermones d* ipsius, atque *loquendo* etiam *de testimoniis ejus in conspectu Regum, confusi non fuerimus e. Qui perspexerit in lege perfecta libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit* f. Alioqui, quid prodest ad hoc te speculum contueri, si maculas non abstergat, unde postea confundatur? Ante confusi sumus in Adam & Eva, nudique facti, nosmet à conspectu Dei abscondimus præ rubore. Ergo ne confundamur, ait Ambrof. Custodiamus mandata Domini, & custodiamus omnia: quoniam si quis unum mandatum custodiat, & aliud prævaricetur, nihil ei prodest, nempe, qui *offendit in uno, fit omnium reus* g. Quod attinet ad fructum beatitudinis, quo perinde caret, & ad æternam damnationem, quam sic incurrit, ac si omnia violasset: quamvis in intensione pœnæ discrimen sit pro numero, & qualitate peccatorum. Verebuntur super omnia alia tormenta damnati conspectum Judicis optabuntque operiri, à cui bri collibus & montibus, *introire in spelunca petrarum, & in vorainea terræ, à facie formidinis, & à gloria majestatis ejus, à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni* h.

Tunc non confundar.) Optativè sumitur, si attendamus Græc. αἰσχυνθῶ quamvis Latinum verbum possit etiam esse futurum indicativi modi, sicut est Hebr. אבוש *evoseh* quod tamen loco quoque optativi, vel imperativi aliquando ponitur. Hieronym. alibi *i* in mi deprecativè. Pro confusione Appollinar. reddit βαρὺ καὶ ἐπιπληκτικὸν μῶμον *gravem & turpem reprehensionem*. Quid sit erubescentia, & an virtus dici possit, de qua mala, & bona, & hęc quid conferat, & quibus conveniat, non importunus hic differendi locus esset.

Dum perspexero in omnibus mandatis tuis.) Hieronym. *quum respexero ad omnia mandata tua*. Alii, *quum attentus ero ad omnia præcepta tua, quum semper ante oculos habuero, quum intentus illis ero, & animum applicavero, ut ea comprehendam, & intelligam rationem eorum, & exequi conatus fuero*. Vetus Psalter. & Augustin. *dum inspicio in omnia mandata tua*. Psalterium Romanum. Prosper Cassiod. Arnob. *dum perspicio in omnia, &c.* Isidor. k *dum respicio in omnia, &c.* Ambrof. *quum respiciam in omnia, &c.* Non displicet hæc, quoque phrasi spem denotari, ut notat Agellius, quia à נכה *navat*, cujus est hic in hiphil, הביט *habbit* in infinitivo, derivatur nomen מבטח quod in Zacharia *l* interpres transtulit *spem*. Certe quia ab alio expectat, & sperat opem, oculos intendit ipsum, & attente ipsum contuetur; quemadmodum clandus ille petens eleemosynam jussusque à Petro, ut respiceret in eum, & in Joannem narratur *intendisse in eos, sperans se aliquid acceptum ab eis m*. Hoc ipsum bene confirmant, quæ in ejusdem historiæ commentario attuli. Quod omnia mandata hic exprimantur, quia, ut multi observant, nullius ommittenda observatio, colligebam v. 4. Deum mandasse *omnia custodiri nimis*. tametsi non ibi nomen *omnium* exprimatur, & videretur Bernardus de industria id factum annotare. Locum eumdem recole. De virtutum connexione præsertim in charitate, quæ vinculum est, datque veluti formam cæteris, ita ut qui careat illa, quod fit per quodcumque mortale peccatum, ceteris carere cunctis videatur, secundùm Patrum illum perfectum, pluribus tractabit hoc loco, cui otium erit: quod non infœliciter facit. Avendanus. Postremo *perspiciendi* verbo admonemur, legem, seu *præceptum Domini lucidum esse, illuminans oculos n*, ut nos nostraq; ibi contemplemur, tamquam in speculo, & intueamur velut in lumine, quid vellit Auctor ejus Deus nos agere, quid vitare. Vocatur indicatio Psalmi 18. loco, φωτὶ πλανᾶς procul, *ac longe splendens*; quia lex Decalogi consignata est in unoquoque nostrum, *cum lumine vultus divini*: o non solam illuminat Judæam, quemadmodum lex, quæ denominatur à Moyse. Perspicilla non inepte appellaveris divina præcepta, quæ Deus esse, *moveri* jussit *ante oculos nostros* p, quia etiam perspicere posse significat Propheta in omnibus Deis mandatis, quod includit eorumdem observationem; sequitur hanc in nobis esse posse, sed cum gratia Dei. Quod negant hæretici nostri temporis, concedit antiquior hæreticus Hussus in commentario hujus loci,

a in lamenta cap. 1.
b 18. moral. c. 3. v. 59
c 3. sent. c. 18
d Luc. 9. 26.
e psl. 118. 46.
f Jac. 1. 25.
g c. 2. 10.
h in pœnæ intensione discrimen est pro numero & qualitate peccatorum.
h Es. 2. 29.
i in lamen. cap. 3.
k supra.
l cap. 9. 5.
m Act. 3. 4. 5.

Vers. 7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

Sensus loci.

NOn modo ait se minime confundendum, quum perspexerit in omnibus mandatis Dei, ut illa intelligat, & observet neque quum venerit *a* ante conspectum Judicis, neq; ita: ut sua frustretur spe: verum etiam gratias acturam Deo in cordis rectitudine, seu corde rectissimo, alacri libenti jucundo, sincero, quod ipsius gratia, beneficioq; consecutus sit hanc ipsam cognitionem mandatorum, & Deo docente, persuasi simus cum judicio, & justitia data esse, & sibi cor totū cum viis omnibus actionibuq; iuis, ad eorumdem custodiam, & observationem dirigendum, atq; applicandum. Prius viæ hominis, ut Hugo S. Victor. *q* docet, idest, opera, ad custodiendas justificationes Dei diriguntur: postea Domino Deo in directione cordis consistetur, hoc est, voluntas ejus divinę conformatur, quod Deus odit, obediens; diligens, quod diligit: Videtur demum David gratias agere, quod satisfactum sit desiderio suo, ut dirigerentur viæ ad custodiēdas justificationes Dei. Doctrina fidei dirigit recta intellectum ad Deum, & fides orthodoxa sic appellirit, quia recta inde fit, ut voluntas etiam dirigat intentionem, & omnem actionem suam ad eumdem finem, utpote sublevata per spem, & charitatem, ad bona superiora, atq; sic ligno similis, ad humorem mittendi radices, atteq; ascendenti, non humili myricæ, cui similis, qui *confidit in homine r*, & ad infima deprimitur. Ergitur item talis in altum, ut *lampas ignis, ut flammarum s*, atq; *ut virgula fumi t*, sursum cor erigit, ac dirigit: & per se inclinatus, nec omnino valens sursum aspicere, cum muliere illa curatur à Christo, & erigitur *u*. Aponius *x* confiteri ait in directione cordis, & incedere illum, qui sermone suo, & vitæ exemplo curvos dirigat, rectos non sinat incurvari.

Caussa cur fides dicatur orthodoxa.

Confitebor tibi.) Addunt alia Psalteria, & Augustin. Prosper, Cassiodorus, Arnobius, *Domine*. Non est peccatorum confessio ista, sed laudis ait August. Hoc sæpe numero alibi monuimus. Potest nihilominus, cum Hugone Cardinali, ad illam per accommodationem transferri cum ceteri, quę sequuntur, ut fiat *in directione cordis*, veniam sperando, petendo misericordiam, recta intentione confitendo, postquam quis didicerit judicia justitiæ Dei; quando justus Judex apparebit. Addit idem Auctor confessionem, quæ fit docendo, & prædicando, ut fit *in directione cordis*, hoc est, absque errore intellectus, (addo fine mala intentione) & in eo, quod quis prius didicerit, ne *velis quis esse legis Doctor, non intelligens neque quæ loquitur, neque de quibus affirmat* y: postremo *antequam didicerit, loquens* z. De celebrante quoque divinas laudes idem Hugo interpretatur, non in *directione cordis*, verum ut mens in foro, vox sit in choro, nec quod profertur ore, versetur in corde.

In directione cordis.) Apoll. ἰθυνόφρων, *recto*, & *recte sentiente*, seu *intelligente corde*. Rectum cor quid sit, occurrit jam prius aliquoties in aliis Psalmis. Præter ibi,

n Psl. 18. 9.
o Psl. 4. 7. Divina præcepta non inepte perspicilla dici possunt.
p Deut. 6. 8.
q annot. in Psl. c. 71.
r Jer. 17. 5.
s Cant. 3. 6.
t c. 3. 6.
u Luc. 13. 11 12.
x lib. 3. in Cant.

Vers. 8.) Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque.

Sensus loci.

POst actionem gratiarum spondet quod in se est custoditurum justificationes præcepta divina: sed conscius infirmitatis propriæ ac ne didicisse frustra sit, potiusque cedat in condemnationem, petit ne se Deus ope sua destituat, necessariaque auxilio, & si quando contingat ut ob propriam culpam deseratur, vel ut probetur, vel eius præsumtio frangatur, orat ne diutius id sit, sed illico ad adiuvandum redeat, festinetque. Alio in Psalmo *p* postulaverat, *non derelinquens*, tamquam adhuc fortassis imperfectus, & in magnis perturbationibus positus; hic autem, ut observat Ambrof. iam fortior, non timet derelinquatur, Affere exemplum Judæ penitus derelicti, ut sceleris sui permissus est effectui *q*; Job non derelicti, in cuius animam diabolus potestatem non *r* habuit Apostolorum, & nominatim Petri, quos etiam non penitus reliquit. Christi præterea, qui quamvis derelictum sequestus fuerit *s*, nempe secundum corpus, in quo traditus est passioni, tamen *animam suam derelinquendam* dixit *in inferno t*: item licet eum derelinquerent discipuli solum, negavit *se solum, quia pater cum ipso esset u*.

Arelinqui ut tentetur, sed rogat ne penitus derelinquatur.

q Joa. 13. 27.
r Job 2. 6.
s Mat. 27. 5.
t Psl. 15. 10.
u Joan. 16.

Videtur hoc ex Hilario sumtum; & Augustini, aliorumque fere eadem expositio, prærertim Chrysostomi, Basilii, Theodoreti, qui pluribus eam tractant. Hilar. huc affert ex oratione Dominica *x*, *non delinquas nos* (ita namque legit) *in tentationem* quam ferre non possumus; ex Apostolo *y*, *fidelis est Deus, qui non permittat nos tentari supra quam possumus*. Negant August. & Prosp. David velle se derelinqui à Domino in aliquo, sed hoc petere, ne penitus deseratur, & ita potius ab eo numquam, & usquam, divinum abscedat auxilium. Quidquid fit de aliis, non cadit sub desiderium honestum ut vel ad momentum subtrahatur nobis habitus charitatis & gratiæ, quia tunc estemus in statu damnationis, ac inimici Dei. Quamvis expediat interdum, ut Rickel. recte monet, relinqui ad tempus quantum ad aliquos gratię actus, ita ut auferatur, verbi gratia, vel suspendatur consolatio interna, experimentalis devotio, &c. Sic enim probatur virtus, meritum per patientiam augetur, anima præservatur ab omni superbia, propriam homo fragilitatem per experientiam discit: cautior efficitur, ad Deum citius recurrit. *Non derelinquit Deus quærentes se, Dominus adjutor in opportunitatibus in tribulatione z*, nec *qui quam speravit in Domino, & confusus est pertransit in mandatis ejus, & derelictus est*. *a* Nihilominus, ut Gregorius *b* observat, quos in æternum diligit Deus, aliquando ad tempus relinquit, ad punctum in modico derelinquit, & in miserationibus magnis congregat, in medio indignationis abscondit faciem paumper, & misericordia sempiterna miseretur *c*. Derelinqui igitur se, ait idem Pater, sed ad modicum, posse, utiliter (David) noverat, ne usque quaque relinqueretur petebat. Sanctos etenim suos, subdit ille, Dominus veniendo adjuvat, derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat, &c. Sed cum otio locum per lege: tum vero quæ copiose differit Cassianus, *d* tractans hunc ipsum locum: & quomodo sit nobis utile interdum à Domino derelinqui, quem vocet etiam abscessum atque desertionem Dei. Legatur item August. aliusve. qui de scala paradisi scripsit *e*, & vetus Augustinus *f* Offerret hic le illa quæstio, an quis dum adhuc vivit, derelinquatur ac destituatur necessario sufficientique auxilio. Placet quæ negat opinio.

Quomodo expediat nobis quādoque relinqui ad tempus quantū ad aliquos gratię actus.

x Psl. 9. 10. Deus quos in æternū diligit ali. quando ad tempus reliquit.
a Eccl. 2. 12 b 20. moral. c. 19. vel 21.
c Esa. 54. 8.
d col. 4. c. 6.
e c. 8. apud Augustum. 9
f c. 11. lib. 8.

Justificationes tuas custodiam.) Hilarius, *tuas Domine*, Hieronym. *præcepta* versu 9. eadem vox Hebræa חקים *chukkim*, & Græca δικαιώματα Latinè quoque transfertur per *justificationes*, & à Hieronym. per *præcepta*. Sic verum esse sequitur quod sæpe monui, synonyme multis vocabulis idem dici, Ambrof. magis mysticè *justificationes* interpretatur abdita mysteria, quæ pertinent ad Christi passionem, unde vim sumsit nostra justificatio, quem sensum Avendanus fusius prosequitur.

Non me derelinquas usquequaque.) Hieronym. *usque nimis*, quamvis *usque* desit apud Trevetum, Fabrum, Victorium: alii, *usque valde* quod valet ἰσχυρῶς, estque in vetere Psalterio, & in Augustino, & exponitur ab Apollin. ἀπαυστὶ, *perpetuo*, seu *constanter*: à Niceph. μέχρι λίαν *usque valde* παντελῶς, præterea עד מאד *bhad meod*. Redundat apud Hilarium, *nimis* dum legit: *usquequaque nimis*. Cadian. *g* explicat *usque ad nimietatem*. Vetum nescio ex quo Græco interprete referat hic haberi μέχρι πρὸς ἀγαπᾶσαι, nec ultimum vocabulum in lexicographis reperio. Minus aptè Campensis, & alii post R. Kimhi, & Burgensem, jungunt ultimam particulam priori membro *justificationes tuas custodiam usque valde*; idest, semper in æculum, & in omni re, omnibus quibus potero modis, ut quidem opto, & modi facere propono, Peto, ne me derelinquas, sed adjuves, ut explicat Burgensis, donec justificationes tuas custodiam usque nimis, quemadmodum tu mādasti mandata tua custodiri nimis. Nimis violente, ac sine necessitate inducitur hic istud hyperbaton. Juxta communiorem vero illum alium sensum, Cassiod. videtur adhuc eamdem vocem, *usquequaque* sic accipere, ut petat David quaqua versus custodiri, ne possit

g supra.